

## Statuty i przywileje bractwa kapłanów dekanatu zatorskiego 1378—1525

Dotychczas jedynym znanym w Polsce bractwem kapłanów z okresu średniowiecza było bractwo kapłanów powiatu łańcuckiego z r. 1450<sup>1</sup>, o którym zresztą poza regułą i faktem założenia nic bliższego nie wiadomo. Poza tym w formularzu Piotra Wysza, biskupa krakowskiego, 1392—1412, zachowały się dwa wzory potwierżeń tego rodzaju bractw<sup>2</sup>. Czy jednak istotnie w diecezji krakowskiej w czasach Piotra Wysza zakładano tego rodzaju bractwa, nie możemy mieć pewności, gdyż wzory formularzowe mogą być zarówno kopiami rzeczywiście wystawionych dokumentów, jak i wzorami wpisanymi do formularza na wszelki wypadek.

Szcześliwy przypadek pozwolił niżej podpisanemu na odkrycie reguły i grupki dokumentów bractwa dekanatu zatorskiego, założonego w r. 1378. Bractwo zatorskie jest więc nie tylko najstarszym znanym w Polsce bractwem kapłanów, ale też jedynym, o którym możemy coś więcej wiedzieć poza samym faktem jego istnienia, którego organizację, formy kultu, podstawę ekonomiczną i ewolucję możemy śledzić, w sposób przynajmniej ograniczony na przestrzeni półtora wieku.

Bractwo zatorskie w połowie XVI wieku wobec silnego rozwoju reformacji w księstwie oświęcimsko-zatorskim zamarło.

---

<sup>1</sup> J. Fijałek, *Życie i obyczaje kleru w Polsce średniowiecznej*. Rozprawy Akad. Um., t. 30, str. 211.

<sup>2</sup> *Scriptores Rerum Polonicarum* t. XIII, str. 297—8, nr 43 i str. 312—3, nr 71.

Reguła i dokumenty bractwa zatorskiego zachowały się w Archiwum Konsystorskim w Krakowie, w tomie 101 aktów episkopaliów. Reguła bractwa zatorskiego z r. 1378 wykazuje niemal dosłowną zgodność większości paragrafów z opublikowanym przez B. Ulanowskiego dokumentem Piotra biskupa przemyskiego z daty: Brzozów, 5 grudnia 1450<sup>3</sup>, zawierającym regułę analogicznego bractwa kapłanów w powiecie łańcuckim, w stosunku do której odróżnia się zresztą większą ilością paragrafów i bogatszą frazeologią. Nie może przeto ulegać wątpliwości, że zarówno statuty zatorskie, jak i łańcuckie oparły się na jakimś zaginionym i obecnie nieznanym formularzu używanym w Małopolsce w XIV/XV w. Podobieństwo formalne statutów obu bractw pozwoliło wydawcy dokonać emendacji kilku notorycznych błędów rękopisu statutów zatorskich. Lekcję statutów łańcuckich zaznacza się literą Ł.

Już w roku 1378 statuty zatorskie zostały transumowane przez Floriana z Mokrska biskupa krakowskiego, a następnie potwierdzone przez biskupów Zawiszę z Kurozwęk w r. 1381, Jana Radlicę w r. 1382 i Zbigniewa Oleśnickiego, a więc w latach 1423—1455, (potwierdzeniu brakuje daty). Czy przy potwierdzeniach przez powyższych biskupów przepisywano transumpt Floriana z Morska, czy też dopisywano jedynie formuły potwierdzeń, co byłoby możliwe, gdyby trasumpt spisany był w formie poszytu, nie podobna obecnie stwierdzić. Na mocy pozwolenia Jana Konarskiego biskupa krakowskiego wpisano w r. 1549 dokumenty nr 2, 4, 5, 7 i 8 do aktów dekanatu zatorskiego, czy oblaty dokonano według oryginałów, czy według kopii, (na przykład kopiarza bractwa), także musi pozostać kwestią otwartą. W r. 1778 ówczesny zasłużony proboszcz i dziekan zatorski Michał Kamelski oblatował w krakowskich aktach episkopalniach dokumenty nr 2, 4, 5, 7 i 8 według wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego oraz nr 6 według oryginału, a następnie w roku 1782 nr 6 według wyciągu z aktów ziemskich zatorskich. Graficznie filiacja tekstu statutów przedstawia się następująco:

<sup>3</sup> *Scriptores Rerum Polonicarum*, t. XIII, str. 430—3, nr 9.

Nieznany formularz  
prawa kanonicznego.

Statuty zatorskie.

Statuty łańcuckie.

Transumpt bpa Floriana z 1378.

X?

Akta dekanatu zatorskiego.

Wyciąg z aktów dekanatu.

Acta episcopalia t. 101

Wielokrotne przepisywanie tekstu statutów i dokumentów sprawiło, że kopie zawarte w aktach episkopaliach roją się od kardynalnych błędów, jak nie tylko opuszczanie i przekręcanie poszczególnych wyrazów, ale nawet dat i tytułatury wystawców. Błędy te nie zawsze możliwe do skorygowania powodują miejscami niejasność tekstu; szczególnie upośledzony jest pod tym względem dokument arcybiskupa Łaskiego i biskupów Konarskiego i Tomickiego — nr 8.

Za zasadę wydawniczą przyjęto Instrukcję wydawniczą dla średniowiecznych źródeł historycznych PAU z r. 1925. W dokumentach od połowy XV wieku opuszczono wszystkie nieistotne części przekazu zaznaczając opuszczenia wydawcy dwiema kreskami, - -.

Składam najserdeczniejsze podziękowania Kurii Arcybiskupiej w Krakowie za udostępnienie rękopisu, szczególnie zaś księdzu Czesławowi Skowronowi archiwście Archiwum Konsystorskiego za udzielane rady i wskazówki oraz P. mgr. Zofii Kłosińskiej za pomoc w kolekcjonowaniu. B. m. 1378.

1.

Plebani i rektorzy kościołów w ziemi oświęcimskiej uchwalają statuty swojego bractwa.

Or. niezn.

Kop. Kraków, Archiwum Konsystorskie, Acta episcopalia t. 101, rok 1778, str. 154—160, wg wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo. Nos plebani ac rectores ecclesiarum in terra

Osviecimensi constituti convenientes in unum, invocata Spiritus Sancti gratiae et eiusdem favente clementia, ea quae salutis suae et honestatis sunt pertractantes et disponentes, fraternitatem inter se constitui cupien(tes), iuxta illud b. Petri apostoli: „Estote fraternitatis amatores“<sup>1</sup> et illud: „Mutuam in vobismet ipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum“<sup>2</sup> ipsa enim permanet, ut dicit b. Bernardus: „Est fons praecepti nunc vestis nuptiarum“, imo ut Joanes apostolus ait: „Deus charitas est et qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo“<sup>3</sup>; hoc inter se revolventes et pertractantes praesentem fraternitatem ediderunt, eligentes duos patronos, scilicet Spiritum Sanctum et Matrem Misericordiae Mariam, semper Virginem Gloriosam, in quorum honorem quater in anno haec fraternitas ab ipsis celebretur, ut videlicet ex hoc vigor et fervor verae societatis et dilectionis inter eos ardeat. Recordatur dicente Domino: „In hoc cognoscunt omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem“<sup>4</sup> et ut etiam ex hoc lucerna lucens hominibus tali praeferatur exemplo iuxta illud evangelii Matthaei: „Sic lucet lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est“<sup>5</sup>.

Ut igitur haec fraternitas per ipsos edita ab omnibus firmiter et inviolabiliter observetur, data verbotenus ac manuali promissione facta ipsorum confirmatione iuraverunt in haec verba:

„Ego Petrus rector mediae partis ecclesiae de Osviecim promitto per haec sancta evangelia Dei obedire provisoribus fraternitatis in omnibus licitis et honestis secundum formam statutorum ipsorum salvo tamen iure praelatorum“.

Ut autem ex hoc magis ac magis ad obediendum honestati et pietati sint adstricti et ut mores eorum atque actus in melius reformetur sicque volubilitate temporum atque proposita omnium saepius immutant et ne aliquis fratrum per inertiam, seu malitiam huiusmodi devotam ac decentem fraternitatem disrumpere, seu fraudare<sup>a</sup>, in posterum valeat aut praesumat<sup>b</sup>, quod forsitan evenire posset, si tanquam acephali<sup>c</sup> unusquisque pro suo viveret libitu voluntatis, quamobrem pro memoriali observatione praefatam fraternitatem in scriptis redigentes<sup>d</sup> duos ex fratribus eligent, qui per anni unius

<sup>1</sup> cytat wolny; I Petrus, II, 17: „Fraternitatem diligite“; ibid. III, 8, „Fraternitatis amatores“.

<sup>2</sup> I Petrus, IV, 8.

<sup>3</sup> I Joann. IV, 16.

<sup>a</sup> Rps błędnie fraude.

<sup>b</sup> Rps praesumant.

<sup>c</sup> Rps błędnie acceptabili; Ł. acephali.

<sup>d</sup> Rps błędnie redientes; Ł. redigentes.

<sup>e</sup> Rps eligentes; Ł. eligent.

spatium sint rectores, custodes, provisores praedictae fraternitatis et omnium et singulorum ad ipsam pertinentium fraternitatem<sup>f</sup>, quibus alii fratres in omnibus licitis et honestis, quae ad Dei Omnipotentis et Omnium Sanctorum honorem et salutem eorum spectare demonstrantur, sine omni cotradictione sub fide praestita obedire teneantur. Isti duo cum summa diligentia dicent et ordinent et conscribant quotiescumque iis videbitur, quod ad utilitatem fratrum et ad honorem sacerdotalem sit proficuum et honestum, quid autem scripserint, sive statuerint, coram fratribus recitent et si placuerit omnibus, seu parti maiori, sive seniori, ponant et sub iuramento priori firmiter observetur et sic succedenti tempore in omni devotione suscipiet fraternitatis incrementum.

Item praedicti duo provisores ad celebrandam eandem fraternitatem de loco congruo provindeant ac fratres per litteras suis sigillis [sigillatas]<sup>g</sup> convocet, quos etiam sub poena statuti convocare possunt et debent, cum ingruerit necessitas conveniendi, vel quoties videbitur opportunum.

Item duo provisores tollant, quae tollenda sunt et haec iuxta suas conscientias et sub fide bona fratribus disponant pro utilitateque honestate fraternitatis, prout eorum discretioni videbitur expedire, ita tamen, ut anno eorum regiminis expleto coram fratribus compareant [et]<sup>g</sup> de omnibus sibi commisis rationem reddant, tum de omnium fratrum consilio iidem eligantur ad officium quod gerere honeste ac fideliter peragendum quisque pro vigili cura stare atque laborare pro negotiis, necnon pro honore fratrum sint adstricti.

Primo itaque notandum, quod ex omnium rectorum voluntate atque statuto nullus ad fraternitatem recipi debet, nisi sit plebanus bonae famae et conversationis laicis omnibus plene exclusis, nisi forsan de communi consilio fratrum ad participationem omnem aliqui fidedigni et honesti recipiantur, quibus tamen sic receptis eorum consiliis, seu mensae, non liceat interesse, nisi per fratres specialiter ad hoc vocarentur.

Item si littera provisoris apud aliquem fratrem manserit et hoc fratres neglecti fuerint et non venerint, pro quolibet fratre non veniente solvet dimidium grossum.

Item quilibet praemonitus sit superpelliceo [et]<sup>h</sup> stola, nec chorum cum calcaribus et sine superpelliceo intrare quisquam praesumat honore invicem supervenientes specialiter in ecclesia et

<sup>f</sup> Rps tak rps.

<sup>g</sup> Joann. XIII, 35.

<sup>h</sup> Math. V, 16.

<sup>g</sup> w rpsie brak.

<sup>h</sup> w rpsie brak.

in mensa ita, ut seniores habeant locum primum, mediocres medium et minores ultimum. Nam et statuta patrum honores volunt senioribus impingi.

Item sciendum, dum ad fraternitatem vadunt mane veniant et in prima missa omnes existent et quia quorundam tarditas seu negligentia communitatem saepius impedire consuevit, statuimus, ut qui ante evangelium primae missae ad fraternitatem non venerit, solvat medium pondus, vel qualiter inter se poenam conductaverint; qui vero ante evangelium secundae missae non venerit, solvat unum pondus; cum ante evangelium tertiae missae non venerit, solvit alterum dimidium pondus, cum mora sua cuilibet debeat esse nociva, nisi tamen habeat rationabilem causam ipsum excusantem.

Item infra missas cereos ardentem in manibus habeant secundum, illud in evangelio Lucae: „Et lucernae ardentem in manibus vestris“<sup>6</sup>.

Item tres missae cantando dicantur, videlicet de Domina Nostra, pro defunctis et de Spiritu Sancto.

Item infra has missas aliae legantur secundum ordinationem provisorum.

Item post missam primam fiet processio, quam missa sequatur pro defunctis, post hoc exhortatio fiat ad populum brevis et utilis et missa summa sequetur.

Expletis omnibus missis, aliis omnibus exclusis, fratres inter se de suis negotiis pertractent, nec prius ad mensam properent, donec omnia ipsa negotia quae tractanda sint, vel fuerint, sobrio vultu terminentur.

Item in mensa fratrum nulla sit alia persona, nisi fratres tantum sint et si aliquis fratrum fuerit domesticus, solvat poenam.

Item histriones, vagi, sectatores, iaculatores, ad fraternitatem non suscipiantur, dum si fratrum fuerit domesticus, solvat poenam.

Item illa die nullus fratrum ad tabernam intret, ne scandala generentur, sed unusquisque studeat ad propria omni cum honore remeare.

Item quicumque fratrum per ludum tesserarum<sup>i</sup>, vel globificationum, aut in alea<sup>j</sup> quidpuid acquisiverit, quantum lucratus fuerit, seu perdiderit, tantum fratribus solvat, cum in ludis talibus, seu talibus abusionibus integritas desit caritatis, avaritiae, quod absit<sup>k</sup> sit<sup>k</sup> dehonestatio, seu clericalis honoris offensio, reatus scandalumque plurimorum ex hoc oriatur proximorum. Unde for-

<sup>6</sup> Luc. XII, 35.

<sup>i</sup> Rps cassorum; L. tesserum.

<sup>j</sup> Rps alia; L. alea.

<sup>k</sup>—<sup>k</sup> Rps absit sitis; L. takže bezsensownie assit sitis.

midandum est illud dictum evangelii: „Qui scandalizaverit unum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit, ut suspendatur ei mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris“<sup>7</sup>. Et illud b. Gregorii: „Tot mortibus est dignus praelatus, quot mala exempla ad subditos mittit“.

Item statuimus, quod nullus fratrum ad choreas vadat neque chorizare praesumat, quod si factum fuerit, poenam solvat, quia in talibus testante Barnardo „fit derisio Crucifixi et illusio passionis eius“.

Item si aliquis ex fratribus infamis fieret de aliquo vitio criminali, provisores [eundem]<sup>1</sup> ad se occulte vocent et benigne ac fraterne admoneant, ut excessus suos corrigat et emendet et si se correxerit bene quidem, sin autem ipsum coram omnibus fratribus accusent et super hoc publice arguatur et si se ipsum et ipsorum omnium correctionem et admonitionem emendare noluerit et incorrigibilis perseveraverit et si crimen eius notorium fuerit, a consortio fratrum extunc coerceatur et ab ipsis tanquam alienus, quousque vitam suam emendaverit, reputetur, cum fraternitas non debeat esse iniquitatis fomentum<sup>2</sup>, vel scutum, sed potius charitatis incrementum<sup>3</sup> et aggregatio virtutum.

Item si aliquis fratrum infirmat et extremam horam imminere senserit, coram duobus fratribus et aliis viris idoneis testamentum faciat et de omnibus bonis suis mobilibus disponat et sub testimonio ipsorum scribi faciat et statuatur executores testamenti. Tunc non erit, quod impediri possit quemadmodum testatoris ultima voluntas modis omnibus impleatur. Ipso vero mortuo duo ex fratribus in dote ad complendum testamentum et ad confirmandum, fratres ad peragendum exequias et ad usum futuri plebani, seu rectoris, integraliter conservent, probent et conscribant.

Item audita morte fratris duo viciniore fratres veniant sub poena statuti, qui vigiliis de vespere circa funus defuncti, psalterium legant, si fieri poterit, mittere nuntios ad portandum dirigant et convocent.

Item audita morte fratris in singulis fratrum ecclesiis campanae ter pulsent et vigiliae dicantur, mane autem facto omnes fratres cum superpelliceis et stolis ad exequias fratris veniant et singuli singulas missas pro defuncto legant; tres tamen missae cantando dicantur.

Cum non in follis verborum, seu exterioris apparentiae sive de-

cytat wolny z Matth. XVIII, 6.

<sup>1</sup> Rps brak; L. eundem.

<sup>2</sup> Rps commentum; L. fomentum.

<sup>3</sup> Rps merentium; L. incrementum.

devotionis<sup>n</sup> tantummodo fraternitas consistere debeat; sed in radice potius charitatis fructuosae, ut qui diligit in articulo extremae necessitatis efficaciter signis fraternae dilectionis ostendet ac semper diligit, quia ut dicit Proverbium, XVII, versus 17: *Omni tempore diligit, qui amicus est et frater in angustiis comprobatur*“, <sup>8</sup> — statuimus, quatenus unusquisque fratrum per octavam vigiliis dicat et in triginta missis defuncti fratris memoriam facere sit adstrictus, pro confratre vero et sorore, quia vero participationes orationum a fratribus sunt receptae, octo missas cum tribus vigiliis quilibet frater persolvere teneatur.

Item tum frater et soror pro fratre mortuo centum Pater Noster et totidem Ave Maria complere teneatur et per octavam triginta Pater Noster et totidem Ave Maria explere sit odstrictus, cum „sancta et salubris sit cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur“, ut habetur Machabeorum XII <sup>9</sup> ita usque ad anniversarium fratris defuncti memoria eius singulis diebus dominicis a fratribus habeatur et anniversarium eius cum vigiliis et missa pro defunctis peragatur.

Item statuimus, ut viciniore fratres sub virtute praestiti iuramenti teneantur vicinos suos, in quantum fecerint statuta fratrum excessisse, senioribus charitative denuntiare, quod si non fecerint periuri comprobantur.

## 2.

1. Kraków, 12 maja 1378.

Florian biskup krakowski na prośby 22 imiennie wymienionych proboszczów ziemi oświęcimskiej potwierdza statuty ich bractwa dodając od siebie 40 dni odpustu.

2. Kraków, 12 maja 1378.

Jan biskup sufragan krakowski dodaje 40 dni odpustu.

3. Kraków, 10 maja 1381.

Zawisza biskup krakowski dodaje 40 dni odpustu.

4. Kraków, 29 września 1382.

Jan biskup krakowski dodaje 40 dni odpustu.

5. Piotrowin, czerwiec, przed 1390

Wacław biskup krakowski dodaje 40 dni odpustu.

<sup>n</sup> Rps błędnie: sine devotionis.

<sup>8</sup> cytat zgodny.

<sup>9</sup> cytat wolny z II Machab. XII, 46.



6. B. m. i d. (1423—1455).

Zbigniew biskup krakowski dodaje 40 dni odpustu.

Or. niez.

Kop. Kraków, Arch. Konsyst. Acta episc. t. 101, rok 1778, 153—163, wg wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego.

In nomine Domini amen. Nos Florianus<sup>1</sup> divina et apostolicae Sedis providentia episcopus Cracoviensis praesenti transumpto publico ad universorum, quorum interest, notitiam volumus devenire, quod constitutus coram nobis discretus vir Petrus rector mediae partis ecclesiae de Oswiecim et canonicus Plocensis de consilio et petitione suo et suorum collegarum, videlicet confratrum rectorum ecclesiarum in Oswiecimensi districtu constitutorum et existentium, quorum nomina hic nominantur, praesentium et futurorum, praesentium: Michaelis rectoris alterius partis in Oswiecim, Pauli de Grodziec,<sup>2</sup> Bartholomei de Kęty,<sup>3</sup> Mathiae de Dwieleczy,<sup>4</sup> Nicolai de Lipnik,<sup>5</sup> Petri de Villa Bartholdy,<sup>6</sup> Mathiae de Villa Scriptoris,<sup>7</sup> Nicolai de Osiek,<sup>8</sup> Michaelis de Antiqua Willamowice,<sup>9</sup> Nicolai de Iawiszowice,<sup>10</sup> Michaelis de Zathor, Nicolai de Spytkowice,<sup>11</sup> Ioannis de Tłuczań,<sup>12</sup> Bartholdi de Markowa Poręba,<sup>13</sup> Clementis de Wieprz,<sup>14</sup> Mathiae de Klecza,<sup>15</sup> Ioannis de Barwald,<sup>16</sup> Stanislai de Gierałtowice,<sup>17</sup> Fridlini de Polonka,<sup>18</sup> Nicolai de Villa Hartmany,<sup>19</sup> Alberti de Mucharz<sup>20</sup> et aliorum in terra Oswiecimensi existentium,

<sup>1</sup> Florian z Mokrska, 2. lutego 1367 — 6 lutego 1380, (Kodeks dypl. Katedry Krak. II, str. 25).

<sup>2</sup> Grojec, wieś 7 km na pld. od Oświęcimia.

<sup>3</sup> Kęty, obecnie miasteczko w pow. wadowickim.

<sup>4</sup> Tak rps, zapewne zamiast Dwie Kozy, tj. Kozy górne i Dolne, wsi między Białą, a Kętami.

<sup>5</sup> Lipnik, wieś przyległa do Białej.

<sup>6</sup> Bierutowice, obecnie Komorowice, wieś przyległa do Białej.

<sup>7</sup> Pisarzowice, wieś między Kętami, a Białą.

<sup>8</sup> Osiek, wieś ok. 20 km na pld. od Oświęcimia.

<sup>9</sup> Wilamowice, wieś między Oświęcimem, a Białą.

<sup>10</sup> Jawiszowice, wieś między Oświęcimem, a Wilamowicami.

<sup>11</sup> Spytkowice, wieś 5 km na wsch. od Zatora.

<sup>12</sup> Tłuczań, wieś ok. 15 km na wsch. od Zatora.

<sup>13</sup> obecnie Marcyporęba, wieś ok. 20 km na wsch. od Zatora.

<sup>14</sup> Wieprz, wieś ok. 15 km na pld. od Zatora.

<sup>15</sup> Klecza, wieś ok. 5 km na wsch. od Wadowic.

<sup>16</sup> Barnwałd, wieś między Wadowicami a Kalwarią.

<sup>17</sup> Gierałtowice, wieś ok. 7 km na pld. od Zatora.

<sup>18</sup> Polanka, wieś między Oświęcimem a Wadowicami.

<sup>19</sup> Miejscowość nazywana w spisach świętopietrza XIV w. Villa Hartmani, Villa Hermani, Monum. Poloniae Vat. I—II.

<sup>20</sup> Mucharz, wieś ok. 10 km na pld. od Wadowic.

qui in registro eorum continebantur, eorum nomine nobis humiliter supplicarunt, ut quaedam statuta super confraternitate infrascripta, per eos edita, autoritate nobis expressa confirmaremus, quorum statutorum tenor sequitur in haec verba:

(Następnie tekst statutów — nr 1).

Quibus quidem nostris statutorum ostensis et exhibitis per eundem Petrum supradictum nobis existat humiliter supplicatum, ut huiusmodi statuta per notarium nostrum transumeremus ac autoritate nostra ordinaria confirmaremus, nos igitur praedictae petitioni, utpote iustae, favorabiliter annuentes saepedicta statuta confirmamus et approbamus in his scriptis.

Insuper universis Christi<sup>a</sup> fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, salutem in omni salutatione cupientes, ut divina officia, tam die solemnitatis fraternitatis<sup>b</sup> illius, quam etiam die sepulturae eadem confraternitas congruis honoribus a Christi fidelibus frequentetur, omnibus et singulis, qui ad ecclesiam commissanda solemnia die statuto per fraternitatem huius diei celebrabunt, aut die sepulturae illius confraternitatis ad divina causa devotionis accesserint et manus porrexerint, adiicientes de Omnipotentis Dei misericordia et sanctorum apostolorum Petri et Pauli confirmatione indulgentiam quadraginta dies ex<sup>c</sup> iniunctis poenitentis et confessis confratribus in Domino misericorditer relaxamus. Et ut saluti ipsorum fratrum salubrius operetur, in articulo necessitatis ipsis fratribus et cuilibet ipsorum damus et concedimus licentiam idoneum ex ipsis fratribus confessorem eligendi, qui eos a peccatis confitendis absolvat, etiam articulis pro nobis reservatis et eidem confessario, quem ad hoc duxerint eligendum, seu eligendos, plenam in Domino tenore praesentium concedimus facultatem. In cuius reitestimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Actum et datum Cracoviae, duodecima die mensis maii anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo.

Et nos Ioannes<sup>21</sup> divina et apostolicae Sedis providentia episcopus Bandinensis,<sup>d</sup> necnon suffraganeus reverendissimi in Christo patris domini Floriani episcopi Cracoviensis supradicti, ad praemissa omnia et singula in littera praesenti contenta de consensu et volun-

<sup>a</sup> Rps Xpi.

<sup>b-b</sup> Rps illius fraternitatis illius.

<sup>c</sup> Rps et.

<sup>d</sup> tak rps, zapewne zamiast Laodicensis.

<sup>21</sup> Jan O. P. biskup tytularny laodycejski, występuje jednorazowo w r. 1378. Oprócz niniejszego aktu, nieznanne są inne ślady jego działalności. Zb. Szostkiewicz, Katalog biskupów obrządku łacińskiego, Rzym, 1954, str. 83.

tate ipsius domini episcopi, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentiarum in Domino concedimus praesentibus et relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Actum et datum Cracoviae, duodecima mensis maii anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo.

Et nos Zavissius<sup>22</sup> eadem gratia episcopus Cracoviensis, tamquam loci ordinarius, praemissa rata et grata habentes per praedecessorem nostrum et suum suffraganeum facta nostros etiam quadraginta dies indulgentiarum omnibus vere poenitentibus et confessis in Domino concedimus praesentibus et relaxamus harum serie litterarum in omnium fidem pleniorum sigillo nostro subappenso. Actum et datum Cracoviae, decima die mensis maii anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo.

Et nos Joannes<sup>23</sup> eadem gratia episcopus Cracoviensis, veluti loci ordinarius, singula et omnia in praesenti littera contenta rata et grata habentes per praedecessores nostros facta nostros etiam quadraginta dies indulgentiarum omnibus vere poenitentibus et confessis in Domino concedimus praesentibus et relaxamus. Harum serie litterarum testimonio evidentiori nostrum sigillum praesens est appensum. Datum Cracoviae, penultima mensis septembris anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo.

Et nos Venceslaus<sup>24</sup> divina et apostolicae Sedis providentia episcopus Sareptensis,<sup>24</sup> necnon suffraganeus reverendissimi in Christo patris domini Joannis episcopi Cracoviensis supradicti, praemissa omnia et singula in littera praesenti contenta de consensu et voluntate ipsius domini episcopi ac Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentiarum in Domino concedimus praesentibus et relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Actum et datum in Piotrawin, anno Domini...<sup>e</sup> mensis iunii.

Et nos Zbigniew<sup>25</sup> divina et apostolicae Sedis providentia episcopus Cracoviensis praesentis fraternitatis et indulgentiarum reverendissimorum fratrum nostrorum, felicitis recordationis episcopo-

<sup>22</sup> Zawisza z Kurozwek, 24 marca 1380 — 12 stycznia 1382, (Kod. dypl. Kat. Krak. II, str. 78).

<sup>23</sup> Jan Radlica, 1382 — 12 stycznia 1391, (Kod. dypl. Kat. Krak. II, str. 89).

<sup>e</sup> w rpsie notatka: „ob lacerationem et putredinem folii desunt verba circiter 4.

<sup>24-24</sup> Wacław O. F. M. biskup tytularny Sarepty, + 1394, (Zb. Szostkiewicz, o. c. str. 188).

<sup>25</sup> Zbigniew z Oleśnicy, 10 lipca 1423 — 1 kwietnia 1455, (Długosz, Vita episc. Crac. Op. Omn. I. str. 424—7).

rum Cracoviensium, praedecessorum nostrorum litteras et aliorum episcoporum in omnibus earum punctis, articulis, clausulis et conditionibus fatas et gratas habentes, praesenti scripto ac pro certo approbantes, vere poenitentibus, contritis et confessis confirmantes, nos praedictis fratribus nostris<sup>f</sup> de misericordia Dei Omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentiarum impertimur et de iniunctis ipsis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus.

## 3.

Zator, 1 lipca 1395.

Jan III książę oświęcimski uposaża bractwo plebanów księstwa oświęcimskiego.

Or. niez.

Kop. Kraków. Arch. Konsyst. Acta episc. t. 101, rok 1778, str. 174—180, wg wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego.

In nomine Domini amen. Quoniam longi tractus temporis pariunt antiquitatem, antiquitas oblivionem, oblivio vero rerum actarum perpetuam exinanitionem, sapienti idcirco factum est consilio, ut res dignae memoriae scripturarum debeant testimonio perenari. Nos igitur Joannes Tertius<sup>a 1</sup> dux Osuiecimensis ad perpetuam rei memoriam ad universorum notitiam volumus devenire, tam futurorum, quam praesentium, quod perpendentes clariusque intuentes obsequia salutifera cultum quoque divinum sonorum multi farium ac saluberrimum Plasmatori omnium per Christifideles nostros capellanos, rectores ecclesiarum in ducatu nostro Osuiecimensi existentium exhibita in fraternitate ipsorum veneranda per nonnullos reverendos in Christo patres ac dominos episcopos Cracovienses confirmata animadvertentes, item quomodo quater in anno, singulis videlicet Quattuor Temporibus, insimul ac in unum conveniunt missarum ac vigiliarum solemnia ibidem quilibet ipsorum sincerius celebrando pro nostra nostrorumque illustriumque principum, progenitorum, clarae memoriae ducum Osuiecimensium animarum salute Altissimum non desinunt exorare et quoniam, ut ait apostolus: „manentem non habemus civitatem“<sup>2</sup>, matura super his nostrae consortis illustris Hedugis nostrorumque consiliariorum deliberatione praehabita, nostrae nostrorumque progenitorum illustrium ani-

<sup>f</sup> tak rps.

<sup>1</sup> Jan III panował od 12 lutego 1372, zmarł po 1 sierpnia 1405. Cytat wolny z Haeb. 13, 14.

marum remedium et salutem cultumque huiusmodi divinum ex innata nobis clementia ampliari cupientes, dictis nostris capellanis fraternitati<sup>3</sup> ipsorum naulum, sive navigium nostrum in litore fluvii Vislae in terra nostra ex opposito villae Janikovice<sup>3</sup> pro nunc, vel si alicubi infra, vel supra situm et locatum fuerit, cum omnibus iuribus, fructibus, usibus, prout ipsum naulum antedictum nostri domini progenitores hactenus possederunt, addimus. Etiam ipsis censum duorum marcarum singulis annis in villa Mucharz<sup>4</sup> nomine nostri domini recognitionalis pro septuaginta marcis minus duabus grossorum Pragensium Polonicalis numeri specialis et perpetuo pagamento vendidimus, prout et vendimus testimonio nostrarum praesentium litterarum, damus, conferimus ipsisque nostris capellanis ipsorumque fraternitati donamus titulo perpetuae possessionis habenda, tenenda et perpetue possidenda, ita duntaxat, quod praelibati nostri capellani et ipsorum fraternitas unum altare in ecclesia civitatis nostrae Zathor construere et aedificare teneantur in honorem Corporis Domini nostri Jesu Christi, in quo singulis hebdomadis tres missas pro nostra nostrorumque progenitorum animarum salute legere sint adstricti, secunda feria unam missam pro defunctis, feria quinta pro honore Corporis Christi, sexta feria vivificae crucis Domini nostri Jesu Christi negligentia ac occasione quavis non obstante, vigiliis etiam defunctorum semel in hebdomada lectis. Pecunias vero praemissas, videlicet septuaginta marcas minus duabus grossorum Pragensium in parata pecunia ab eisdem recepisse nos fatemur. Ius itaque patronatus dicti altaris ad nostram nostrorumque illustrium successorum principum serenitatem verius devolvatur, ita tamen, quod extincta persona domini Joannis ecclesiae rectoris in Piotrowice,<sup>5</sup> qui per suae vitae curricula praefatum<sup>b</sup> altare regere et possidere debet et tunc dicti nostri capellani et ipsorum fraternitas unum ex eis idoneum et famosum, in ipsorum fraternitate constitutum, nostrae serenitati, aut nostris posteris illustribus principibus, tunc pro tempore existentibus, praesentare tenebuntur, cui nostras litteras praesentationis dare, conferre promittimus, ipsum ad beneficium dicti altaris promoverè. Addimus insuper eis ex speciali nostro favore et patrocinio gratioso unam marcam cum sex grossis in villa Włosienica<sup>6</sup> de nostro supremo dominio singulis annis colligendam et recipiendam, quam ipsis pro quindecim marcis pridem rite vendidimus litteras nostras super eis-

<sup>3</sup> Jankowice, wieś nad Wisłą o 4 km od Zatora.

<sup>4</sup> Patrz str. 261, przyp. 20.

Piotrowice, wieś ok. 6 km na zach. od Zatora.

<sup>b</sup> Rps praefectum.

<sup>6</sup> Włosienica, wieś ok. 8 km na wsch. od Oświęcimia.

dem ipsis datas praesentibus ratificantes temporibus perpetuis valituras. Cupientes itaque antedictos nostros cappelanos et ipsorum fraternitatem gratiosis beneficiorum praevenire praesidiis gloriosaque in omnibus defendere patrocínio ac tueri, omnes alias litteras, seu privilegia a nobis datas et praesertim litteras domini Alberti ecclesiae rectoris in Mucharz sibi per modum ac titulo reemptionis scriptas nostro sub sigillo seu cuiquam alteri, vel aliis super praemissis naulo supremoque domino nostro in villis, videlicet in Mucharz in Włosienica confectas, scriptas, praesentibus nostris litteris annullamus, cassamus et irritas esse decernimus nullumque firmitatis et valoris robur habere volumus serenitate ac fide nostra nostrorumque successorum ducum inclitorum bona mediante. Ut autem omnia et singula praemissa robur obtinere valeant perpetuae firmitatis, praesentes conscribi et confici mandavimus nostrisque sigilli caractere a tergo apponi, verius insigniri. Acta sunt et data praesentia in civitate nostra Zathor, prima die mensis iulii, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, praesentibus testibus, nostris fidelibus nobiles Andrea de Willamowice<sup>7</sup> capitaneo nostro, Marcone de Brzeźnica<sup>8</sup>, Joscone Gra de Rychwałd<sup>9</sup>, Pelcone Cedronis de Heinricho<sup>10</sup>, Hencone Scheliga de Jan-kowice villarum haeredibus et allis multis fidedignis.

## 4.

Kraków, 9 stycznia 1396.

Piotr biskup krakowski na prośby Jana proboszcza z Piotrowic transumuje dokument Jana III księcia oświęcimskiego z daty: Zator, 1 lipca 1395, dla bractwa proboszczów w księstwie oświęcimskim.

Or. niez.

**Kop.** Kraków, Arch. Konsyst. Acta episc. t. 101, rok 1778, 174—180, wg wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego.

In nomine Domini amen. Nos Petrus<sup>1</sup> Dei gratia episcopus Cracoviensis, necnon sacrosanctae Romanae Ecclesiae prothonotarius,

<sup>7</sup> Patrz str. 261, przyp. 9.

<sup>8</sup> Brzeźnica Radwańska, lub Brzeźnica Malowana, wieś w powiecie wadowickim.

<sup>9</sup> Rychwałd, wieś ok. 6 km na wsch. od Żywca.

<sup>10</sup> Henryków, inaczej Niwka, wieś u zbiegu Białej i Czarnej Przemszy.

<sup>1</sup> Piotr Wysz, bisk. krak. 1392—1412, '(Kod. dypl. Kat. Krak. II, str. 166).

notum facimus, quibus expedit universis, praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, quod veniens ad nostri praesentiam discretus vir Joannes rector ecclesiae parochialis de Piotrowice<sup>2</sup> quoddam privilegium donationis et perpetuae attributionis ac emptionis nauli, sive navigii, illustris principis domini Joannis Tertii<sup>3</sup> ducis Osuiecimensis, necnon fructuum, census et redditus suo, ut apparebat, vero et consueto sigillo in cordula sericea viridis coloris dependente sigillatum, nobis qua decuit reverentia, exhibuit ac praesentavit, cuius tenor per omnia sequitur et est talis:

(Następuje tekst dokumentu księcia Jana — nr 3).

Post cuius quidem privilegii exhibitionem et praesentationem praefatus dominus Joannes nobis cum instantia debita supplicavit, ut privilegium huiusmodi cum suis donationibus et piis attributionibus ac omnia et singula in eo contenta gratificare, approbare, confirmare et ratificare dignaremur misericorditer, nos itaque praefati privilegii ac in eo contentorum serie et tenore debite masticatis et cum exacta diligentia recensitis, attendentes, quod iusta et praesertim pia, salubria, imo salutifera petentibus assensus non debeat denegari, praelibatas domini Joannis iustas et salutare supplicationes amplectentes et admittentes gratiose huiusmodi privilegium donationis, attributionis ac omnia et singula in eo contenta gratificamus, approbamus, confirmamus et ratificamus per praesentes. Et ut huiusmodi illustris principis domini Joannis praefati donatio pia et salubris attributio nauli, sive navigii ac censuum, reddituum venditio et nostra praesens gratiose ratificatio et approbatio robur perpetuae obtineant firmitatis, praesentes scribi decrevimus et nostri soliti appensione sigilli perennari. Actum et datum Cracoviae, nona die mensis ianuarii anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, praesentibus ibidem venerabilibus viris dominis Nicolao decretorum doctore, decano sancti Floriani in Florentia, Joanne praeposito sancti Michaelis, Joanne archidiacone Lublinensi, Petro Strzelec canonico Cracoviensi et Laurentio Prolog de Volavia notario publico<sup>4</sup> et aliis quampluribus fidedignis testibus ad praemissa.

## 5.

Zator, 21 października 1465.

Wacław książę oświęcimski i pan zatorski zaświadcza, że Michał dziedzic Witanowic, wraz z żoną swą Małgorzatą, sprze-

<sup>2</sup> patrz str. 265, przyp. 5.

<sup>3</sup> patrz str. 264, przyp. 1.

<sup>4</sup> Wszyscy świadkowie znani i współcześni.

dali bractwu plebanów w Zatorze półtorej grzywny czynszu rocznego za 40 florenów węgierskich.

**Or.** niezn.

**Kop.** Kraków, Arch. Konsyst. Acta episc. t. 101, rok 1778, 184—7, wg wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego.

— — Venceslaus<sup>1</sup> Dei gratia dux<sup>2</sup> Osviecimensis et dominus Zathoriensis notum facimus — — quod coram nobis personaliter constitutus nobilis dominus Michael haeres in Witanowice<sup>2</sup>, una cum nobili Margaretha sua coniuge legitima — — recognoverunt se vendidisse censum annuum unius marcae cum media marca supremi iuris in villa dicta Witanowice latorum grossorum monetae Pragensis, numeri Polonialis. — — pro quadraginta florenis Hungaricalibus auri — — fraternitati honorabilium dominorum plebanorum et aliorum quorundam ad eadem fraternitatem in districtu Zathoriensi permentium, — — pro altarista Corporis Christi et s. Barbarae virginis in Zathor in ecclesia parochiali s. Georgii martyris erecti, — — servato tamen iure communi nostrorum terrigenarum tali modo videlicet, quod si infra tres annos immediate se sequentes duntaxat a data praesentium computandos praefatus dominus Michael Witanowski, vel alter aliquis suus propinquus consanguineus de censu eiusdem vellet supranominatum censum redimere, quod hoc licitum et liberum esset sibi facere repositis quadraginta florenis supradictae fraternitati ad sacras aedes in Zathor. Et quamvis supranominatus dominus Michael Witanowski habeat litteram ducalem super praefatum censum supremi iuris integrum, scilicet super duas sexagenas latorum grossorum, attamen praedicta sua littera — — non debet praestare aliquod impedimentum huic nostrae litterae posteriori, ita videlicet, quod altarista supranominatae fraternitatis singulis annis debet recipere dimidiam secundam marcam latorum grossorum de praedicto censu in haereditate praedictae villae a cmetonibus sub impignoratione, aut sub censura ecclesiastica et sub excommunicationis poena exigendam. Cuius quidem census solutio prima instabit ad festum s. Michaelis archangeli proxime venturum ac deinde consequenter eodem modo aliis annis. Dominus autem Michael Witanowski ac sui successores legitimi debent residuum, videlicet unam marcam latorum grossorum, tollere. — — Actum et datum in Zathor, feria secunda, ipso die sanctarum undecem milia virginum, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, praesentibus ibidem nobilibus et generosis dominis: Joanne Strzez de Graboszyce<sup>3</sup>, Joanne de Rudze<sup>4</sup> et Spytkone de Regulice<sup>5</sup>, Joanne

<sup>1</sup> Wacław książę Oświęcimia i Zatora † 1465.

<sup>2</sup> Witomowice, wieś ok. 5 km na płn.-wschód od Wadowic.



de Tomice<sup>6</sup>, Nicolao Tomicki, Jacobo advocato Zathoriensi, Dlugossio de Tomice<sup>7</sup>, Nicolao Wnuczek de Gorki<sup>8</sup>, fidelibus nostris dilectis in testimonium praemissorum specialiter rogatis.

## 6.

Zator, 14 lipca 1469.

Kazimierz książę oświęcimski i pan zatorski zaświadcza, że Michał Witanowski, wraz z żoną swą Małogrzatą, sprzedali bractwu kapłanów w Zatorze 2 grzywny rocznego czynszu za 54 florenów węgierskich.

Or, niezn.

**Kop.** 1. do r. 1939 Kraków, Archiwum Państwowe, Terrestria Zathoriensia 3, r. 1589. Księga wywieziona przez Niemców zaginęła. Wg or-u.

2. Kraków, Arch. Konsystorskie, Acta episcopalia, t. 101, r. 1782, str. 24—8, wg wyciągu z kop. 1.

— — Casimirus<sup>1</sup> — — dux Osviecimensis et dominus Zathoriensis significamus, — — quod coram nobis personaliter constitutus nobilis dominus Michael Witanowski una cum nobili domina Margaretha coniuge sua — — oretenus professi sunt se vendidisse perpetua venditione duas marcas latorum grossorum Pragensium — — et annum censum supremi iuris in villa Witanowice pro quinquaginta et quattuor florenis Hungaricalibus auri — — fraternitati honorabilium dominorum rectorum ecclesiarum et sacerdotum necnon et aliorum quorundam ad eandem fraternitatem in districtu Zathoriensi pertinentium ad altare Corporis Christi et s. Barbarae virginis in Zathor, in ecclesia parochiali s. Georgii martyris, fundatum et erectum. Ac praefatus dominus Michael cum sua consorte supranominatam summam quinquaginta quattuor florenorum a supradictis fratribus se recepisse confessus est, videlicet dudum ante quadraginta florenos pro dimidia secunda marca latorum grossorum, sicuti et istud in alia priori littera super eundem censum confecta scriptum est, nunc vero quattuordecem florenos pro media marca lato-

<sup>3</sup> Graboszyce, wieś ok. 6 km na płd. od Zatora.

<sup>4</sup> Rudze, wieś ok. 3 km na płd. od Zatora.

<sup>5</sup> Regulice, wieś między Chrzanowem a Alwernią.

<sup>6</sup> Tomice, wieś ok. 12 km na płd. od Zatora.

<sup>7</sup> Radocza, wieś ok. 9 km. na płd. od Zatora.

<sup>8</sup> Górki, jedna z licznych wsi tej nazwy.

<sup>1</sup> Kazimierz książę oświęcimski i zatorski panował od r. 1465 zmarł między 5 czerwca 1489, a 4 lipca 1494.

rum grossorum recepit, ita tamen, quod altaria eiusdem altaris singulis annis debet tollere et integraliter percipere duas marcas latorum grossorum de praefato censu supremi iuris a cmentonibus et incolis praedictae villae Witanowice sub impignoratione et censura ecclesiastica seu excommunicatione ab iisdem exigendo, residuum vero eiusdem supremi iuris, scilicet media marca latorum grossorum debet pertinere ad supradictum dominum Michaellem et ad suos legitimos successores, quia summae eiusdem supremi iuris ex integro sunt duae sexagenae latorum grossorum. Cuius quidem census solutio prima unius marcae cum media latorum grossorum instabit ad festum s. Michaelis archangeli proxime venturum, sed dimidiae marcae latorum grossorum relictae ad festum s. Georgii et deinde consequenter eodem modo singulis annis persolvetur. Item praefatus dominus Michael debuit reponere litteram suam privilegiam, quam habuit super totalem et integrum censum eiusdem supremi iuris duarum sexagenarum latorum grossorum, in manus praedictae fraternitatis, sed quia ipse personaliter asseruit, quod eandem litteram perdidisset, idcirco si quis eandem litteram domini Michaelis habuerit, volumus, quatenus ea ipsa littera nullo modo poterit hunc introscriptum venditionis et emptionis contractum impedire. — Item altaria altaris praefatae fraternitatis, qui debebit eundem censum duarum marcarum percipere, ille tenebitur intuitu praefati census unam missam in qualibet septimana sabbatis diebus de Domina Nostra Gloriosa semper Virgine Maria annuatim celebrare imponendo etiam in eadem missa collectam de s. Barbara in remissionem peccatorum ac remedium salutemque animarum pro istis, qui suam ab Altissimo eis concessam pro eodem censu largiti sunt pecuniam. — — Actum et datum in Zathor, feria 2-da post festum s. Margarethae virginis anno Domini 1469, praesentibus ibidem nobilibus ac generosis Michaelle de Laskowa<sup>2</sup>, Joanne de Palczowice<sup>3</sup>, Iacobo advocato haereditario de Zathor, Ioanne et Michaelle germanis de Laskowa, Nicolao Wnuczek de Gorki<sup>4</sup>, Nicolao Gropp de Raysko<sup>5</sup>, fidelibus nostris dilectis in testimonium praemissorum specialiter rogatis et Mathia de Raciborz notario nostro, qui praesentia habuit in commisso.

## 7.

Kraków, 18 czerwca 1521.

Zachariasz nuncjusz papieża Leona X pozwala bractwu kapłanów w Zatorze na odbywanie procesji z Przenajśw. Sakra-

<sup>2</sup> Laskowa, wieś przyległa do Zatora.

<sup>3</sup> Palczowice, wieś 3 km na płn. wschód od Zatora.

<sup>4</sup> Górkki, jedna z licznych wsi tej nazwy.

<sup>5</sup> Raysko, wieś ok. 4 klm na pld. od Oświęcimia.

mentem i święcami w każdy czwartek przed suchymi dniami udzielając ich uczestnikom 10 lat odpustu.

**Or.** niezn.

**Kop.** Kraków, Archiwum Konsystorskie, Acta episcopalia, t. 101, r. 1778, str. 168, wg wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego.

Zacharias — — episcopus Sardinensis,<sup>a 1</sup> — — Leonis — — papae X — — per universum regnum Poloniae — — nuntius — — erectionem dicti altaris — — approbamus et ut dicti presbyteri singula quinta feria proximiorum Quattuor Temporibus autem in memoriam Dominicae Passionis de dicta ecclesia s. Georgii ad hospitale praedictum ad s. Crucem processionaliter — — in vesperis vel summis missis cum tota Christifidelium multitudine ad eam recurrentium, cum luminaris et aliis insimilibus, iuxta ritum et consuetudinem ipsius ecclesiae deferri solitis et consuetis, cum Sanctissimo Corpore eiusdem Domini nostri Iesu Christi reverenter: ut decet, accedere possint et valeant eisdemque Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, huiusmodi processioni devote assistentibus manusque adiutrices pro instauratione ipsius ecclesiae parochialis, seu hospitalis, porrigentibus, in eisdem quintis feriis, vel qualibet ipsarum, decem annos et<sup>b</sup> totidem quadragenas de vera indulgentia — — concedimus. — — Datum Cracoviae, [anno]<sup>c</sup> ab Incarnatione Domini millesimo quingentesimo, vigesimo primo, quartodecimo kalendas iulii.

## 8.

Kraków, (1520—1523).

Jan arcybiskup gnieźniński, Jan biskup krakowski i Piotr biskup poznański na prośby bractwa kapłanów w Zatorze wydają przepisy w sprawie odprawiania nabożeństw, opłat, testamentów, pogrzebów członków bractwa itp.

**Or.** niezn.

**Kop.** Kraków, Arch. Konsystorskie, Acta episcopalia 101, r. 1778, str. 163—68, wg wyciągu z aktów dekanatu zatorskiego.

---

<sup>a 1</sup> Tak błędnie rps. Mógł to być jedynie Zacharias Ferrari, episcopus Gardiensis Alferiae, który przebywał w Polsce w latach 1519—1521. (T. Wierzbowski, Synopsis, legatorum... nuntiorum... apostolicorum in Polonia..., Rzym 1880, str. 58).

<sup>b</sup> Rps mylnie vel.

<sup>c</sup> W rpsie brak.

Uwaga: Dokument w kopii pozbawiony jest daty. Datę przybliżoną stanowi okres przebywania na biskupstwie poznańskim Piotra Tomickiego, 1520—1523.

— — Joannes — — Gnesnensis archiepiscopus et primas<sup>1</sup> ac Joannes — — Cracoviensis<sup>2</sup> Petrus Poznaniensis<sup>3</sup> episcopi.

— — Christifideles nonnulli, videlicet honorabilis Paulus Januszowski de Wieliczka, ecclesiae parochialis rector et decanus, necnon s. Barbarae altarista et aliae spirituales personae, confratres fraternitatis presbyterorum ac providi cives parochiani ecclesiae parochialis in Zathor utriusque sexus Cracoviensis dioecesis — — inire sub certis conditionibus rationabilibus a Deo acceptis decreverunt et antea a pluribus pontificibus antecessores ipsius obtinuerunt, quas nobis in privilegio et scriptis — — exposuerunt dicentes quandam confraternitatem — se habere conceptam et tenere in ecclesia parochiali ipsorum, sanctorum videlicet Georgii et Adalberti martyrum beatorum — — misam singulis diebus dominicis eiusdem B. M. V. cupientes pro votiva singula solemni vocum modulo peragendo decantare, quam<sup>a</sup> dictus dominus Paulus plebanus in Zathor per se, aut per vicarium suum in remedium salutis animarum in dicta fraternitate intitulatorum — — in posterum celebrabit, aut leget, fratres vero huius fraternitatis — — quilibet fratrum et sororum per unum alensem seu denarium offerre tenebitur, nisi maxima inopia et defectus illum excusaret, ex quibus pecunis fratres singulis dominicis diebus domino plebano et suis sucesoribus octo ternarios solvent, residuum pro cera candelarum conservent.

Item singulis et quibuslibet anni Quattuor Temporibus dictus Paulus plebanus et sui sucesores per se, vel per vicarium et ministrum scholae cum suis administrantibus vigiliis, processiones et missam pro defunctis voce sonora decantabunt et celebrabunt, a quibus vigiliis praedicti fratres solvere debent sex grossos domino plebano, vel presbyteris, aut illis, quos participatio concernat, iuxta ritum et consuetudinem inter plebanum et presbyteros et clericos tentum et tenendum, quibus quilibet frater aut soror de fraternitate huius per se, vel uxorem suam, aut aliquem ex pueris, vel familia, interesse personaliter et iuxta devotionem a Deo inspiratam oblationem per unum denarium offerret ac ibidem quilibet ex fraternitate huiusmodi decem Pater Noster et totidem Ave Maria et quinque Credo dicere et orare tenebitur.

Praeterea cum aliquis fratrum — — diem suum moriendo clause-

<sup>1</sup> arcybiskup Jan Łaski, † 1531.

<sup>2</sup> biskup krak. Jan Konarski, 1503—1525.

<sup>3</sup> biskup pozn. Piotr Tomicki, 1520—1523.

<sup>a</sup> Rps mylnie suam.

rit extremum, — — vigiliae in domo fratris defuncti cantatae fuerint, si martius decedit, si uxor, maritus, vel alter quicumque consanguineus in bona defuncti succedens, a vigiliis octo grossos solvere debebunt, si vero in ecclesia cantabuntur, tunc ab eis tantummodo sex grossos solvi debent. Ipsi caeterum fratres eiusdem fraternitatis funus fratris defuncti ad sepeliendum solemnitate, qua poterunt meliori, conducent. Finitis vero vigiliis missa defunctorum cantari, aut legi, defuncti fratris debet, in qua quidem missa quilibet fratrum et sororum offerat, quod poterit principale, in quo offertorio contentabitur dominus plebanus pro missa eadem, quilibet autem frater dictae fraternitatis pro salute fratris aut sororis defuncti, si fuerit sacerdos missam defunctorum celebrare vel legere, clericus non sacerdos vigiliis orare vel complere cum novem lectionibus laudibus, laicus vero, sive masculus, sive femina, 10 Pater Noster, totidem Ave Maria, quinque Symbolum dicere et orare tenebitur.

Item si pia devotione aliqua testamenta in pecuniis, aut rebus, aut animalibus ecclesiae in Zathor praedictae per aliquem ex fratribus cum sororibus dictae fraternitatis, aut alias in fraternitate non intitulatos facere contingerit, aut aliquis decedens ex fratribus dictae fraternitatis, vel alius fraternitati non inscriptus sepeliri in ecclesia praedicta postulaverit et voluerit, pecuniae huiusmodi in ladulam per dictum dominum Paulum plebanum et suos successores ad fratres dictae fraternitatis reponentur et in ecclesia praedicta seu sacristia collocandae reponantur et conserventur. Pro huius asservatione duae claves diversae ordinentur, quarum unam pro tempore plebanus ecclesiae in Zathor praedictae, alteram seniores per fratres fraternitatis huiusmodi electi, qui magis idonei et etiam pro petitoribus dictae ecclesiae reputabuntur, habebunt et illam non aperient, nisi in necessitate ingruente et sub praesentia dicti plebani, aut ipsius vicegerentis et dictorum fratrum seniorum electorum, aut aliquorum fratrum fraternitatis huiusmodi ad hoc vocatorum et quoties necessitas imminet communitati, qui cum fratribus dictae fraternitatis consilio et tractatu pro necessitate et refectione praedictae ecclesiae impendent et quod magis accommodandum arbitrabuntur reformatione ecclesiae, fore illud disponent, ordinabunt et impendent in reformationem ecclesiae praefatae.

Item quilibet frater cupiens assumi in fratrem dictae fraternitatis in sua susceptione in fratrem latum grossum et talentum cerae ad ladulam in sustentationem ecclesiae praedictae, vel fraternitatis,<sup>b</sup> vel ecclesiae praedictarum<sup>b</sup> supplebit et expediet.

Omnes vero fratres et singulae sorores praedictarum missarum solemnibus, vigiliis, exequiis et sepulturae fratris interesse teneantur, — — nisi causa legitima illos excusaret.

Petebantque nos dictae fraternitatis fratres instanter et devote, quatenus huiusmodi conditiones et articulos in dicta fraternitate expressos et practicandos ratificare — ac indulgentiis largiri dignaremur, nos igitur — conditiones et articulos descriptos in omnibus — ratificamus per praesentes ipsisque fratribus et eorum cuilibet quoties — aliquam conditionem aut articulum dictae fraternitatis impleverint, — vigiliis et missis defuncti fratris interfuerint, aut eleemosynas de bonis sibi a Deo concessis largiti fuerint et praedictam ecclesiam in Zathor visitaverint et in ea unum Pater Noster cum Salutatione Angelica Ave Maria genuflexi dixerint, vere tamen poenitentibus et confessis — quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis poenitentiis in Domino relaxamus. —

Et nihilominus alios, quos ad eorum duxerint fraternitatem assumere, damus eis omnimodam potestatem inscribendi et intitulan-  
di libertatem.

Dum vero aliquem ex domo, aut familia, praefati domini plebani contingerit mori, praedicti fratres fraternitatis funus defuncti sepelient, solemnitate qua poterint meliori et conducent vigiliis, missam et pulsum liberum absque quavis solutione perficient.

Et nihilominus aliis omnibus et singulis reverendis in Christo patribus dominis, patriarchis, archiepiscopis, pontificibus, catholicae fidei et Sedis apostolicae gratiam obtinentibus, in dioecesim Cracoviensem venientibus, aut quorum praesentia attingi poterit, similes indulgentias per dictam fraternitatem largiendi licentiam plenariam concedimus et conferimus tenore praesentium median-  
te. —

Actum et datum Cracoviae...<sup>c</sup>

9.

Zator, 23 maja 1525.

Mikołaj z Szydłowca starosta oświęcimski i Jan Strzałka sędzia księstwa zatorskiego zaświadczają, że Palczowski dziedzic Palczowic, Smolic i połowy Przybradza sprzedał Pawłowi z Wieliczki plebanowi i bractwu plebanów w Zatorze 6 florenów czynszu rocznego.

Or. nieznan.

Kop. Kraków, Archiwum Konsystorskie, Acta Episcopalia 101, r. 1778, str. 180—184. Wg or-u.

<sup>c</sup> Tekst w rpsie urwany.

— — Nicolaus de Szydłowiec — — Osuiecimensis — — capitaneus, Joannes Strzałka — — iudex ducatus Zathoriensis.

Ad nostram praesentiam veniens nobilis dominus Palczowski haeres in Palczowice,<sup>1</sup> Smolice,<sup>2</sup> et medietate villae Przybradz,<sup>3</sup> — — recognovit se vendidisse sex florenos communis Polonicalis monetae — — super bonis suis haereditariis, videlicet in vilis Palczowice, Smolice et medietate villae Przybradz, in ducatu Zathoriensi existentibus — — pro annuo censu pertinenti et spectanti ad altare s. Barbarae in ecclesia parochiali Zathoriensi situm — — honorabili Paulo de Wieliczka, ecclesiae parochialis rectori et decano ac protunc altaristae s. Barbarae in ecclesia Zathoriensi, post mortem vero eiusdem domini Pauli honorabilibus dominis plebanis in districtu Zathoriensi constitutis, fraternitatem in Zathor tenentibus — — pro centum florenis monetae in regno currentis. — — Actum et datum in castro Zathoriensi, feria 3.<sup>tia</sup> Rogationum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto. — —

---

<sup>1</sup> Palczowice, patrz str. 270, przyp. 3.

<sup>2</sup> Smolice, wieś nad Wisłą na płn. od Zatora.

<sup>3</sup> Przybradz, wieś ok. 8 km na pld od Zatora.